

## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Monstris Et Monstrosis, Qvam Mirabilis, Bonvs, Et  
Ivstvs, In Mvndo Administrando, Sit Devs, Monstrantibvs**

**Stengel, Georg**

**Ingolstadij, 1647**

§. 20. Infantes locuti, & varia supersticio quorundam de nòcte Natiuitatis  
Christi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-51168](#)

nōnum in ea prouincia Euangeliū mon-  
stroſe nobilitat.

## §. XX.

*Infantes locuti, & varia supersticio quorū-  
dam de nocte Natiuitatis Christi.*

Aiunt, Romæ, in quodam tumultu, in-  
fantē ſemestrem, in foro boiario triumphū pro-  
clamāſſe: *Alium cum elephantino capite natū.*

Val. Max. I. i. c. 6.

Vtrumq; monſtrū erat. De infantibus ante  
tempus locutis multa extant exempla,  
præſertim non ſine diuina vi procurata.  
Sed cur os infantium aperire non poſſet,  
qui poſteſt os rudentiū in loquela reſerare?  
Quod etſi non numquam fecit, non tamen Num. 22:  
cendendus eſt facere ſemper. Stultitiam fa-  
pit, ſi non ſuperſtitionem, quod vulgatiſ-  
ſimè tamen creditur ab imperitiſ, equos  
ſcilicet, & boues, asinos, & omnia iumen-  
ta, quotannis, in ſacratiſſima illa nocte  
Natiuitatis Domini noſtri, ſolere loqui,  
& verò etiam vaticinari. Qua de cauſa eti-  
am nonnullorum tanta eſt ſimplicitas, ut  
in ſtabulis tum vigilent, expectantes, &  
audire cupientes, quid beſtiæ loquantur,  
aut in annum ſequentem prædicant. Quaſi  
Deus miracula velit perennare; aut, qui  
curioſa ſcire cupienti Herodi non respon-

Num. 22:  
28.

Luc. 23. 84

D 2 dit,

dit, per pecudes istas velit respondere, vt  
horum satiet curiositatem? Igitur nequa-  
quam tunc bestiæ humanum sermonem,  
sed hōmines bestiarum stuporem imitan-  
tur. Quemadmodum & illi, qui quia audi-  
erunt, non solūm hac nocte oleum pro  
consueto elemento fluxisse olim, verūm  
etiam alicubi semel ac iterum aquas fuisse  
in vinum commutatas; illa ipsa sanctissi-  
ma nocte media, quotannis, summo in-  
frigore, os ad fontes applicant, arbitran-  
tes, se vinum pro aqua hausturos. Non e-  
nim tunc fontes monstrosè fluunt, sed isti  
monstrosè sapiunt, quorum pietas est bi-  
bere; & religio, Christi infantis loco, Bac-  
chum osculari, digni quibus labia glacie-  
astricta, cum liquore tam desiderato con-  
crescerent. Nqc opus est his fictis seu mi-  
raculis, seu monstris. Veritas, ne hinc de-  
beat mendicare, à se est opulenta. Sed huc  
vsque plus satis demonstratum est, quid,  
& quām varia sint monstra, & quòd ea in  
omnibus rebus reperiantur. Plura suis  
quæque locis apponentur, quæ omnia di-  
ctis subscriptent. Et ob hæc sola dicere  
Iob. 5. 8. vñusquisque potest: *Ego deprecabor Do-  
minum, & ad Deum ponam eloquium meum:*  
qui

qui facit magna & inscrutabilia, & mirabilia  
absq; numero.

## C A P V T II.

De illis elementorum monstris, que in  
dubium vocantur, ut de Pyrali, Salamandra,  
Phœnix, Scylla, Charybdi, Si-  
renibus, piscibus fossilibus, Unicorne,  
Sphinge, Centauris, &c.

### §. I.

*Pyralis & Salamandra num sint fabu-  
losæ?*

**M**ulta Poëtæ, neque pauca historici memorant, quæ neque au-  
thoritatem, neq; fidem viden-  
tur habere sufficientem. Nempe quoniam

*Tarda solet magnis rebus inesse fides.*  
Sed si illi, quorum ea de re notio est, æsti-  
ment, & fidem pleraque merentur, & ob-  
tinent authoritatem; quamuis nonnulla,  
etiam quæ testes habent, careant veritate:  
vt difficile sit vera falsis permista feligere.  
Inter hæc sunt monstra. quæpiam diuersis  
elementis tributa. Ab igne incipiamus,

cui, quòd nihil gigneret, Vesta & Vestales

D 3 virgi-